



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

VII. Confirmatio quorundam Decretorum editorum in Capitulo Generali  
Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci Cappucinorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

sito non tollendo, ac prædicta Julii Tertii, aliisque Prædecessorum hujusmodi Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Tribunalis Burgi, & Urbis hujusmodi, quatenus in aliquo obstant, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, flatutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum forsitan quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si alias pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & invidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expreffio habent, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi: ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inseriti forent, cedem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & inseritis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 15. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrarum revocationis, annullationis, voluntatis, deputationis, mandati, injunctionis, reservationis, declarationis, intentionis, commissionis, concessionis, ordinatiois, derogationis, & decreti infringere, vel ei aufu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ 1667. Kal. Septemb. Pontificatus nostri Anno primo.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millefimo sexcentesimo sexagesimo septimo, Indictione quinta, die vero vigesima octava Septembbris, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papa noni, Anno primo. Supradicte litteræ affixa, & publicata fuerunt ad Valvas Curie, & in aie Campi Flora, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Franciscum Perinum Sanctiss. D. N. Papæ Curs. Jo. Jacobus Pelliccia Mag. Curs.

## VII.

Confirmatio quorundam Decretorum editorum in Capitulo Generali Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci Cappuccinorum.

## C L E M E N S P A P A I X .

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**D**ebitum Pastoralis Officii, quo Ecclesiæ Catholice regimini divina dïpositione præsidemus, exigit, ut paternam Christi fidelium divinis obsequiis sub suavis archoris Religionis jugo manipulatorum uberesque honorum operum fructus benedicente Domino proferre jugiter fatigantur curam gerentes, illi qua pro felici prosperoque eorum regime provide confituta esse noscuntur, ut firma atque illibata persistant Apostolici munimini patrocinio roboremus.

§. 1. Exposuit siquidem nobis nuper dilectus filius noster Hieronymus S.R. E. Presbyter Cardinalis Farnesius nuncupatus, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, apud nos, & Sedem A postolicam protector, quod in nupero Capitulo Generali d. Ordinis eum consensu, & approbatione omnium Vocalium in eo congregatorum facta, & stabilita fuerunt pro felici ejusdem Ordinis gubernio decreta, seu capitula tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 2. Primò. Cum non possit Pater Generalis completere totam Religionis visitationem decursu

sexennii expedit differre officium Generalatum usque ad septennium: & quod si durante septenario, non completa visitatione, decadat, primus Diffinitor sub nomine Vicarii Generalis perficiat visitationem, & maneat in officio usque ad complementum dicti septennii, ipso autem impedimento, vel non valente, succedat alius Diffinitor gradatim juxta Constitutiones. Secundo. Cum Capitula Provincialia modo sint annualia, expedit, ut in posterum sicut tantum de triennio, & singulis annis sicut Congregatio intermedia, in qua subrogentur novi Guardiani, illis, qui tempus jam compleverunt. Sicut etiam illis, qui licet tempus non compleverint, minus tamen apti reputabuntur: in eadem etiam sicut Syndicatus Procuratoris Provincialis per quatuor Diffinitores, ad hoc specialiter in hoc Diffinitorio congregandos, ubi dicat suam culpam, confignet, & deponat sigilla in signum humilitatis, quamvis ipse non sit depositus, salva tamen facultate Patri Generali convocandi prædicta Capitula occasione suæ Visitationis, vel alias, si & quando judicaverit necessarium. Tertiò. Procurator Generalis non concurrat ad Generalatum in Capitulo in posterum celebrandis dumtaxat. Quartò. Diffinitores actuales in posterum (durante eorum officio) non possint eligi in Guardianos; habebunt tamen vocem in Capitulo Provinciali, dum aucta sint Diffinitores, vel Custodes ad Capitulum Generale, etiam si non concurrant ad Discretatum. Exprovincialis vero post annum poterit eligi in Guardianum juxta Constitutiones. Quintò. Diffinitores completo Diffinitoriatu officio nullam habeant præcedentiam, sed illum tantum locum obtineant, qui ipsis non ex officio jam completo, sed ex antiquitate professionis debetur. Sextò. Patres Generales, & Provincialies completo eorum officio, sedent (durante Capitulo,) in ultimo loco Sacerdotum, & per aliquot dies ablant utensilia, similiter in Processionibus, que sunt durante Capitulo, occupent ultimum locum Sacerdotum. Septimò. Guardiani tempore Adventus nullo modo concionentur extra locum suæ Guardianiæ, quod etiam servetur tempore Quadragesimæ, nisi agatur de Concionatoribus infibibus, vel urgens necessitas fuerit. P. Generali eos in casibus particularibus dispensandi, & tunc idem Generalis provideat Conventui de Vicario gravi & idoneo. Concionatores vero prædicti non mittantur nisi ad Provincialias, & loca viciniora. Octavò. Non prædicens Lector tempore Quadragesimæ, sed per totum anni cursum lectiōibus incumbant. Studentes non mutentur in aliam ab alia familia, in qua student: Nulli concedatur Lector particularis: studcane per septennium integrum, super quibus dispensari non possit. Nonò. Concionatores non concionentur extra suas Provincialias, nisi sint Prædicatores insignes, & concionari debeant in Cathedralibus, seu aliis conspicuis Ecclesiis. Decimò. Confessores non admittantur ad audiendas confessiones Fratrum, & Lectores ad lecturam, nisi approbati fuerint prævio rigoroso examine, ac per vota secreta examinatorum. Undecimò. Diffinitores Generales resident Romæ, quibus pro urgentibus, & gravioribus negotiis Religionis fit communis commissio Generalis facta Patri Procuratori Generali à P. Generali: ita ut procedant insimil, & conjunctim usque ad Capitulum Generale, in quo singuli habebunt vocem electivam tanquam unus ex Custodibus suarum Provincialium. Duodecimò. Provincialies qui nondum compleverunt triennium, durent donec compleant. Oratio mentalis quæ tempore aestivo siebat post meridiem, sicut mane ad Primam, Hieronymus Cardinalis Farnesius Protector, Fr. Fortunatus Minister Generalis, Fr. Bonaventura à Recinetto Procurator Generalis. Fr. Aloysius à Verona Diffinitor Generalis, Fr. Lucas Maringuis Diffinitor Generalis. Fr. Franciscus de Xeres Diffinitor.

Sanctio  
penalis.

Dat. P. A. I.  
die 1. Sept.

Edita An. D.  
1667.

Exordium.

Causa ap-  
probacionis  
decretorum.

Decreta  
referuntur.

ANNO  
1667.

Rome  
prius in rub.

CLEMENS NONUS.

249

ANNO  
1667.

nitor Generalis. Fr. Claudius Bituricensis Diffi-

dilecti filii Fratres Reformati Ordinis Minorum  
Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum,  
quod alias circa transitum Fratrum Conventua-  
lium, Ordinis hujusmodi ad reformationem facta  
fuerunt nonnulla Capitula tenoris qui sequitur,  
videlicet.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjun-  
gebat dictus Hieronymus Cardinalis de cetera, seu  
Capitula hujusmodi, quo firmius subsistant, &  
seruentur exactius, Apostolicæ confirmationis  
nolite robore communiri summoperè desidereret;  
Nos piis ejusdem Hieronymi Cardinalis votis fa-  
vorabiliter quantumcum Domino possumus an-  
nuere cupientes, supplicationibus ipsius Hiero-  
nymi Cardinalis Nobis super hoc humiliter por-  
rectis inclinati, Decreta, seu Capitula præferita  
auctoritate Apostolica tenore præsentium confir-  
mamus, & approbamus, illisque inviolabilis A-  
postolice firmatis robur adjicimus, ac omnes,  
& singulos juris, & facti defectus, si qui desuper  
quomodolibet intervererint, supplemus.

§. 4. Mandantes propterea, & præcipientes in  
virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub privationis vo-  
cis activæ, & passivæ poena per transgressores ipso  
facto incurrienda omnibus, & singulis memorati  
Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis ad  
quos spectat, & pro tempore spectabit, ut decre-  
ta, seu capitulo præferita inviolabiliter obser-  
vent. Ac de cernentes ipsas præsentes literas, &  
Capitula, seu Decreta præferita semper firma,  
valida, & efficacia existere, & fore, suoque plena-  
rios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab  
illis, ad quos spectat, & in futurum quandocumque  
spectabit, in omnibus, & per omnia plenissi-  
mè suffragari, siveque in præmissis per quoscumque  
Judices ordinarios, & delegatos, etiam  
causarum Palati Apostolici Auditores, judicari,  
& definiri debere, ac irritum, & inane si secus  
super his à quoquam quavis auctoritate scienter,  
vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Contingibus, & Or-  
dinacionibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, & aliis  
quibusvis etiam juramento, confirmatione Apo-  
stolica, vel quavis firmitate alia roboratis, sta-  
tutis, & confuctudinibus, privilegiis quoque,  
indultis, & litteris Apostolis in contrarium  
præmissorum quomodolibet conceffis, confirma-  
tis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis  
illorum tenores pro plenè, & sufficienter expre-  
sis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, il-  
lis alias in suo labore permanens ad præmissorum  
effectum hac vice dumtaxat specialiter, & ex-  
presse derogamus, cæterisque contrariis quibus-  
cumque.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium litera-  
rum transumptis, seu exemplis etiam impressis,  
manu alicuius Notarii subscriptis, & sigillo per-  
sonæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis  
eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibe-  
tur, quæ prætentibus ipsis adhiberetur, si forent  
exhibitæ, vel ostensa.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub  
Annulo Piscatori, die 9. Septemb. 1667. Pon-  
tificatus Nostri Anno primo.

VIII.

Edita An. D.  
1667.

Exordium.

Causa De-  
creti.

Confirmatio Decreti Alexandri Papæ VII. ap-  
probantis nonnulla Capitula ad reformationem  
Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Con-  
ventualium nuncupatorum, inferuentia.

CLEMENS PAPA IX.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Debitum pastoralis officii quo Ecclesiæ Catho-  
licæ adstringimur, Nos admonet, ut pater-  
nam virorum Religiosorum curam gerentes, ea  
quæ pro fælici reformationis inter eos instituta  
progressu provide facta esse noscuntur, ut firma-  
tumque illibata permaneant Apostolici præsidii ro-  
bore muniamus.

§. 1. Exponi si quidem nobis nuper fecerunt

Referuntur  
capitula ad  
reformatio-  
nem condu-  
centia.

Refertur  
capitula ad  
reformatio-  
nem condu-  
centia.

§. 2. Primo che tutti quelli Conventuali qua-  
li vorranno paßare à vivere in detta riforma fino  
tenuti, & obligati chiedere licenza, & ottenerne  
l'assenso dal Padre Generale pro tempore, overo  
dal Padre Provinciale della sua Provincia di far  
tal paßaggio, & essi Generale, e Provinciale co-  
noscitu però che haveranno detto transito desiderarisi  
per buon fine finno tenuti concederlo à  
proportione però della capacità de Conventi  
tenuti da essi Riformati. Secondo, che quelli  
Conventuali che vorranno paßare à detta ri-  
forma doppò ottenuto l'assenso del Generale,  
o Provinciale della loro Provincia finno anco  
tenuti riportar l'assenso del Guardiano, o Su-  
periore locale di quel Convento dove vorran-  
no intrare. Terzo, che à quelli Conventuali  
quali canonicamente cioè, osservare le sopra-  
dette condizioni faranno entrati à detta Riforma  
sia solo lecto uscire da essa Riforma à  
loro voglia per il tempo d'un anno comincian-  
do dal loro Ingresso in essa Riforma, mà  
quello passato non possano uscire da detta Ri-  
forma senza licenza in scriptis del Padre Ge-  
nerale, e fede fattagli dal Superiore locale di  
quei Conventi dove faranno viaggi, che essi  
partano per causa legittima, e non per eccessi  
commessi in detta Riforma. Quarto, che se al-  
cun Conventuale legitimamente entrato in detta  
Riforma passato un anno doppò il suo in-  
gresso in essa uscirà, e tornará alla detta Con-  
ventionalità non osservate le sopradette condizio-  
ni sia irremissibilmente punito con la pena di  
un'anno di Carcere formale della privazione di  
voce attiva, e passiva nella quale non possa esser  
reintegrato se non dal Summo Pontefice. Quinto,  
che quelli Conventuali quali entreranno in  
detta Riforma per tutto il tempo nel quale vi-  
veranno in essa finno tenuti osservare l'Istituto  
de Riformati, & i Superiori locali possano for-  
zarli all'osservanza in caso che premesse molte  
correttioni gli detti Superiori locali non riportas-  
sero dall'Inosservanti l'osservanza desiderata  
debbano avvisarne il Padre Generale quale co-  
noscita la verità punica li transgressori con pe-  
ne opportune, e persa ogni speranza all'emendatione  
possano punirli etiam con l'espulsione da  
detta Riforma rimettendoli alla Conventionalità.  
Sesto, il Padre Generale è per se stesso, o ri-  
chiestone da alcuni Provinciali volendo servirsi  
per pubblico beneficio d'alcuni Conventuali qua-  
li saranno paßati à vivere tra Riformati, etiam  
che frà essi vi fiano stati molti anni possa chiama-  
re qualunque gli parerà atto per il suo fine, acciò  
passi à vivere come prima frà essi Conventuali in  
quel Convento che à esso Padre Generale piacerà,  
& il chiamato si tenuto obediare, e ritornare frà  
Conventuali. Settimo, che il Padre Generale  
prefa informatione del più zelante, & osservante  
che sia frà Riformati in ciascheduna Provincia,  
nelle quali si trovano i loro Conventi lo deputi  
per osservare con particolar cura il vivere dell'altri  
Riformati affinche avvivi subito trovando che  
alcuni di essi deyino dall'Istituto loro il P. Pro-  
vincial, accioche trovata l'inosservanza restino  
puniti, e non bastando per ridurli all'osservanza  
sia tenuto avvisarne il Padre Generale, e da esso  
aspettare il remedio opportuno. Ottavo, che  
nell' electione de Guardiani nell' Conventi d'essi  
Riformati, si osservi nell' altre Province, quanto  
di presente, si osserva nella Provincia di Napoli  
cioè, che habbano facoltà i flantanti in ciaschedun  
Convento di essi Riformati capitolaremente  
congregari con il loro Superiore locale proporre

al Defi-